

ranto impetu vt illum in assurgendo resupinum sterneret: Colloquia vel familiaria, vel publica interrumpere, & è vestigio emendare solitus, si quid gloriosius de se continerent. Dominum quidam vocauerat, edixit: Ne deinceps eum per contumeliam appellaret: Alter occupationes eius sacras, alter eo auctore Senatam se adisse memorabat, vtrumque redarguit, & pro auctore suasorem, pro sacris laboriosum dicere voluit: De me Tiberij nomen, nonne modestissimi & nihil secundis rebus elati Principis acta censebis? Idem praesidibus praegravandas tributorum mole Prouincias suggerentibus, rescripsit: Boni Pastoris esse rondere pecus, non deglutire: Finge patrem in reliquis, quid sanctius aut melius respondisset Augustus?

IN

